



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0628

Sabato 08.08.2026

Sommario:

- ◆ **Le Udienze**
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale al VII centenario dell'arrivo a Praia a Mare dell'effigie della "Tutta Santa Madre di Dio" (Santuario Diocesano "Santa Maria della Grotta", 14 e 15 agosto 2026)**
- ◆ **Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio per il IX Centenario del ritorno delle Reliquie di Sant'Agata a Catania**
- ◆ **Comunicato della Prefettura della Casa Pontificia**

◆ **Le Udienze**

Il Santo Padre ha ricevuto questa mattina in Udienza:

- Em.mo Card. Lazzaro Heung-sik You, Prefetto del Dicastero per il Clero.

[01167-IT.01]

- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale al VII centenario dell'arrivo a Praia a Mare dell'effigie della "Tutta Santa Madre di Dio" (Santuario Diocesano "Santa Maria della Grotta", 14 e 15 agosto 2026)**

In data 18 luglio 2026, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Francesco Montenegro, Arcivescovo emerito di Agrigento, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del VII centenario dell'arrivo a Praia a Mare (Diocesi di San Marco Argentano – Scalea, Cosenza in Calabria) della primitiva effigie della "Tutta Santa Madre di Dio", che si terranno presso il Santuario Diocesano "Santa Maria della Grotta" nei giorni 14 e 15 agosto 2026.

La *Missione Pontificia* è composta dai seguenti ecclesiastici:

1. Rev.do Sac. Paolo Raimondi, Parroco della Parrocchia "Santa Maria della Grotta" e Rettore del Santuario "Santa Maria della Grotta" a Praia a Mare;
2. Rev.do Sac. Antonio Fasano, Cancelliere vescovile.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale, l'Em.mo Card. Francesco Montenegro:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro

FRANCISCO S.R.E. Card. MONTENEGRO

Archiepiscopo emerito Agrigentino

Christi celebrans mysterium, Beatam Mariam Virginem commemorat Ecclesia Filio intime devinctam, mulierem recolens novam, quae, Christi mortis intuitu, in ipsa conceptione sublimiore modo est redempta; matrem, quae, Spiritus Sancti virtute, Filium virginaliter genuit; discipulam, quae Magistri verba sedula in corde suo custodivit; et Redemptoris sociam ex divino consilio operi Filii generose totam devotam; atque in eadem agnoscit supereminens quoque ac singulare membrum omni copia exornatum virtutum, quam in itinere fidei et in aerumnis vitae comitem proficitur, in ea, iam in caelesti regno apud Filium locata, imaginem futurae suae gloriae laeta contemplan in eius in caelum praefiguratae Assumptione, ubi stat Virgo Dei Mater tamquam Ecclesiae consummandae initium et imago ac populo peregrinanti certae spei et solacii documentum (cfr *Missale Romanum*, In Assumptione BMV, *praefatio*).

Hoc marialis fidei sustentati argumento, valde laetamur de VII centesima occurrente memoria ab inventione simulacri Dominae Nostrae a Crypta ad litus Scaleense apud Bruttios. Quam proinde re-co-len-tes occasionem, Venerabilis Fratris Stephani Rega, Sancti Marci Argentanensis - Scaleensis episcopi, humanissimae petitioni libenter concedere volumus, qui enixe postulavit, ut Missarum sollemnia honori sibi ducere possint praesen-tiam ac verbum alicuius Eminentissimi Viri, qui Nostras vices ibi gerat No-stramque erga conventam communitatem manifestet dilectionem.

Ad Te ergo, Venerabilis Frater Noster, mentem Nostram convertimus, qui praecipuas loci necessitudines ita comperis, ut hodie peraptus videaris, qui, Nostras vices ibi gerens, erga istam communitatem pro-xi-mi-ta-tem Nostram manifestes, praesentia ac verbo Tuo celebrationem huius iu-bi-laris anni exornans. Te, proinde, ad hanc legationem obeundam elegimus et, his-ce Litteris, Missum Extraordinarium Nostrum nominamus ad Missarum sollemnia, diebus XIV et XV proximi mensis Augusti agenda, in VII centesima memoria a celebris simulacri Deiperae inventionem.

Libenter Tibi potestatem facimus, dum insigni eidem occasionem intereris, Pastorem Sancti Marci Argentanensis - Scaleensem totumque christifidelium coetum et publicas auctoritates Nostro nomine salutandi ac benedicendi, intercedente Christi Matre in caelum assumpta, quae hominibus hodiernis, haud raro inter angorem et spem iactatis, serenum praebet prospectum hominibus aerumnis afflictis, numquam materna dilectione intercedere

desinens.

Dum Tibi, Venerabilis Frater Noster, Benedictionem impertimur omni-bus, qui celebrationi aderunt, transmittendam, legationem Tuam ardentibus precibus comitamur, a Deo misericordiae suppliciter obsecrantes, ut de huius Anni lubilaris festivitate multiplices carpant fructus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XIII mensis Iulii, anno Domini MMXXVI, Pontificatus Nostri secundo.

LEO PP. XIV

[01168-LA.01]

◆ Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio per il IX Centenario del ritorno delle Reliquie di Sant'Agata a Catania

In data 20 giugno 2026, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Pietro Parolin, Segretario di Stato, Legato Pontificio per le celebrazioni previste nei giorni 16 e 17 agosto 2026, in occasione del IX Centenario del ritorno delle Reliquie della Martire Sant'Agata a Catania.

La *Missione Pontificia* è composta dai seguenti ecclesiastici:

1. Rev.do Can. Vincenzo Branchina, Vicario Generale dell'Arcidiocesi;
2. Rev.do Sac. Roberto Interlandi, Cancelliere Arcivescovile.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio, l'Em.mo Card. Pietro Parolin:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro

PETRO S.R.E. Card. PAROLIN

Secretario Status

Praeclarum fidelitatis erga Christum exemplar atque usque ad plenam sui ipsius oblationem amoris, in martyrio s. Agathae ecclesialis communitas gratiae de violentia fideique de timore et caritatis de morte contemplatur victoriam. In eiusdem sollemnitate proclamat liturgia Deum christifidelibus, qui fidem in Filium suum sanguine testati sunt, aeternam gloriae praeparare dignari coronam, cum agnoscat Ecclesia «*Santuzza*» illam – sicuti vulgo dicitur – libera et invicta voluntate, vitam suam benedictum, adscriptum, ratum, rationabile acceptabileque holocaustum incorruptibilis amoris Deo et virtute martyrii et merito castitatis (cf. *Miss. Rom.*, 5 Febr., *coll.*) obtulisse. Cuius ergo sacrificium tamquam plena Paschatis Christi participatio apparet simulque praeclarum testimonium virtutis, quam Dominus illis infundit, qui in temptatione ac probatione perseverant firmi.

Proinde, peropportune Catana s. Agatham habet patronam spiritualemque matrem, praesentiam videlicet vivam,

quae populi christianam custodit memoriam eumque ad evangelicam congruentiam vitae, necnon ad spem et caritatem advocat, atque eiusdem quoque reliquias devota pietate prosequitur, quae venerationem erga corpus martyris exprimit tamquam templum Spiritus Sancti ac sanctorum communionem visibilem reddit, in fidelibus conscientiam corroborans Ecclesiam in terris peregrinantem intercessione et exemplo eorum sustentari, qui iam gloriae caelestis participes effecti sunt.

Valde laetamur, igitur, de IX centesima occurrente memoria reliquiarum s. Agathae martyris providentis reditus ad metropolim Aetneam. Quam proinde recolentes insignem occasionem, Venerabilis Fratr̃s Aloisii Renna, Catanensis Archiepiscopi Metropolitae, humanissimae petitioni libenter concedere volumus, qui enixe postulavit, ut Missarum sollemnia honori sibi ducere possint praesentiam ac verbum Tui, Venerabilis Frater Noster, quod Nostram erga conventam fidelium communitatem manifestet dilectionem.

Ad hanc ergo petitionem mentem Nostram convertentes, persuasissimum habemus Te, qui munus Secretarii Status studiose exerces ac praecipuas cum insigni ista urbe habes necessitudines, peraptum esse, ut Nostras vices ibi geras, erga dilectissimam Catanensem christifidelium communitatem proximitatem Nostram manifestans. Te, proinde, hisce Litteris Legatum Nostrum nominamus ad sollemnia diebus XVI et XVII proximi mensis Augusti agenda, in IX centesima memoria a reditu reliquiarum s. Agathae martyris in eximiam Catanensem metropolitanam urbem.

Libenter Tibi potestatem facimus, dum insigni eidem occasioni intereris, Archiepiscopum Catanensem et universum christifidelium coetum, necnon publicas auctoritates nomine Nostro salutandi ac benedicendi, quos cohorteris, ut, bonam hanc Sponsam Christi sequentes ac continua mentis suae cognitione Crucem gloriosam revolventes, exemplo eius doceantur ad verum bonum, qui solus Deus est, omnes sine mora contendere (cfr Methodius Sículus, *Or. in s. Agatham*).

Dum Tibi, Venerabilis Frater Noster, Benedictionem impertimur omni-bus, qui celebrationi aderunt, transmittendam, legationem Tuam ardentibus precibus comitamur, a Deo misericordiae suppliciter obsecrantes, ut de hac festivitate, intercedente s. Agatha, martyre, multiplices carpant fructus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XIII mensis Iulii, anno Domini MMXXVI, Pontificatus Nostri secundo.

LEO PP. XIV

[01169-LA.01] [Testo originale: Latino]

◆ Comunicato della Prefettura della Casa Pontificia

Lunedì 7 settembre alle ore 18:00 il Santo Padre Leone XIV celebrerà la Santa Messa nel Santuario della Madre del Buon Consiglio, in Genazzano, nella vigilia della festa della Natività della Beata Vergine Maria.

[01170-IT.01]

[B0628-XX.01]